99. VAR. B.

Q. B. V.

DISSERTATIONIS HISTORICÆ,

DE

*GENTIS*

# VANORUM

*PRISCIS ET HODIERNIS*

*IN*

## WESTROGOTHIA

*SEDIBUS,*

PARS ALTERA.

QVAM

*Conſenſu ampl. Facult.* Philoſoph. *Acad. ABOENSIS,*

Sub AUSPICIO

*Avunculi ſui chariſſimi*

## DN. ALGOTHI A. SCARIN,

Hiſtor. & Philoſoph. civilis *PROFESS.* ordin.

Acad. *BIBLIOTHECAR.* & h. t. *RECTOR.* magnif.

PRO GRADU

*Publico examini ſubjicit*

ASMUNDUS CARLANDER *V. Goth.*

ad diem XVIII. Jul. MDCCXLVIII.

---

ABOÆ, Exc. JOH. KÆMPE, Reg. Acad. Typ.

A SON EXCELLENCE

*MONSEIGNEUR Le BARON*

# AXEL ROOS

MAJOR GENERAL et GOUVERNEUR de la PROVINCE d' ELFSBURGE.

*L' éminent mérite & la gloire immortelle, qve Vous Vous êtes aqvise par Vos rares vertus, qvi n' ont pas rendu Votre Nom moins illuſtre qve cher à la Poſtérité, m' ont fait prendre la liberté de Vous dédier très reſpectueuſement ce petit ouvrage de mes veilles. Sachant bien, MONSEIGNEUR, les Serieuſes occupations, qvi vous attachent ſi religieuſement aux pénibles fonctions de Votre miniſtere & qvi vous ont attiré l' eſtime & l' aprobation d' un chacun tant au dedans qu' au dehors du Roiaume de Suede: J' ai balancé qvelqve tems à Vous offrir cette petite; mais très ſincere reconnoiſſance de tant de*

*bien*

*bienfaits, qu' il Vous a plu répandre ſur ma famille: mais l' aimable bienveillance dont Vous m' avez toujours honnoré, a diſſipé mes Scrupules, me ſe'ant reſſouvenir que Vous regardez moins à la valeur des choſes qu' à la bonne intention de celui, qui Vous les préſente. Oſerois je donc eſperer MONSEIGNEUR, que dans ce haut rang, où Vous Vous faites plus admirer par vos belles qualités, que par tout l' éclat qui l' environne, Vous daigniez regarder d' un oeil favorable un petit Sujet, qui ne ceſſera jamais de faire des voeux pour la proſpérité de Votre illuſtre Famille. Tels ſont les ſentimens de celui, qui eſt avec la plus profonde vénération & la plus parfaite reconnoiſſance*

MONSEIGNEUR,

*Votre très humble très obéïſſant*
*& très reſpectueux*
*Serviteur*

ASMUND CARLANDER.

# *A MONSIEUR*
# RUTTGIER BELFRAGE,
## Lieutenant d' Artillerie

*SI rien ne peut être plus agréable à un coeur reconnoissant, qve le souvenir de ceux dont on a reçu divers bienfaits; il n' est pas étonnant, MONSIEUR, qve votre mémoire soit si bien imprimeé dans le mien. Pour en être convaincu, je n' ai qu' à repasser en mon esprit la faveur & la bienveillance dont il vous a plu m' honnorer. Je n' aurai qve trop sujet de me louer d' une conduite si généreuse & ma gratitude en ce cas ne pourra jamais égaler la moindre de vos bontés: ce n' est pas aussi mon dessein, MONSIEUR, mais bien de faire un aveu publie des étroites obligations que je vous ai, & de proteſter hautement, qve vos sages avis m' ont donne des lumieres, qvi n' ont pas peu contribué à mon dessein. Votre modestie m' empêche de faire ici l' enumeration de vos bienfaits, je craindrois de la bleſſer. Je me contenterai donc de vous assurer de toute l' étendue d' une ame reconnoissante en me recommandant à l' honneur de vos bonnes graces, puisqve je suis avec toute l' estime & toute la vénération possibles.*

MONSIEUR

*Votre très humble & très obéissant*
*Serviteur*
ASMUND CARLANDER.

DALS LAND
och
Söndals Härad
CHARTA
Öfwer
WÆHNE HÄRAD
Uti
Wästergiötland och Elfsborgs
Höfdingedöme
J. Bruman sc.
Sjön Wänern
Wännersborg
Lahne
Härad
WÄNNERSBORGS
Granskog
Botered
Lidkaa
Uppegård
Kanterberg
Biörij
Lunnedalen
Öxnerij
Ramnered
Nijkobacken
Rud
Lundert
Bätn
Oxnen
Bråten
Torpet
Möjered
Mannkär
Lunnedal
Korstackan
Alebackan
Gunlebo
Torpan
Herdal
Skulebo
Grunnebo
Hetorp
Almäs
Bödrkog
Esperyd
Ryrs k.
Källeröd
Nybolet
Långås
Örenäs
W
Æ
H
N
E
Bråtte
Lerdalen
Kyrcka
Ilsila
Walända
Törpa
Kongl. Carls Graf
Brinkotorp
Resta
Olstorp
Oderisö
Nabolum k.
Boberg
Quarntorp
GIÄLD
Hedetorp
Kortarij
Gråswiken
Korsbij
Rijketorp
Ämnere
Säter
Löftingen
Engen
Smidstacka
Lunstacka
Svinaköa
Engegård
Hoslebo
Granwiken
Holt
Torpet
Munkebo
Stolebo
Brunsbo
Ström
Boasskog
Intaka
Torpe Härad
BO-
HUS
LÄHN
Ör-
Sjön
och
Giöta
Elf
Hult
Ladegård
Knören
Kielstorp
Kiesten
Tulquarn
Quarnstugor
Trollhätta
kappaxholmen
Olidan
Hajorn
Holasie
Lunden
Halstorp
Sylte
Legstorp
Tomtan
Allmänning
Gärdhem k.
Bastorp
Jonsbo
Fastorp
Holmen
Baggegård
Ruglanda
Wätwalla
Rorstorp
Skinnarbo
Sandbacken
Welanda
Tranebo
Linnebacken
Krusetorp
Raddetorp
Mösen
Eipenäs
Kiellhult
Fugleåsberg
Kielln
Baggered
Wrångebäck
Esperyd
Blåkstorp
Trehörningen
Flundra
Härad
Ås
Ona
Brinkeberg
Wargön
Ranrum
Herworijd
Hasselvad
Karlen
Wasserfalsna
Nijgärde
Geddebäck
Hede
Kaselbij
Forstena
Malöga
Edsholm
Stallbacka
Ona
Brygomtorp
Prästgården
Kåtaned
Brijgiarn
Hofvardstorp
Hajorn
Holasie
Lunden
Halstorp
Sylte
Legstorp
Tomtan
Allmänning
Gärdhem k.
Bastorp
Jonsbo
Fastorp
Holmen
Baggegård
Ruglanda
Wätwalla
Rorstorp
Skinnarbo
Sandbacken
Welanda
Tranebo
Linnebacken
Krusetorp
Raddetorp
Mösen
Eipenäs
Kiellhult
Fugleåsberg
Kielln
Baggered
Wrångebäck
Esperyd
Blåkstorp
Trehörningen
Flundra
Härad
Hälleberg
Hallsön
Mösedrägen
Fäckegården
Stöbodarne
Rija
Lindåsen
Wikingsrangen
Kasan
Ona
Ny
bro
Ås
Ranrum
Herworijd
Hasselvad
Karlen
Wasserfalsna
Skogen
Hemptorp
Munkesten
Heckla
Utsyddalen
SKARABORGS
LÄHN
och
Ås
Härad
Hunneberg
Trehult
Grufnes
Elsnäsjan
Langdal
Kropsjö
Lillsjön
Ahlankafven
Galsjö
Hohl
Tunhems k.
Fagerhult
Grafsjön
Quarnar
Skiljevad
Hofsten
Hökammar
Hwettena
Skerwalla
Brantorp
Börke k.
W Börke
Quarnbacka
Reppelsbo
Lerkebo
Breäng
Lerum
Persbo
Skallebo
Borkeston
Hullesie
Härsta
Skintorp
Börslad
Ostanbäck
Olstorp
Asaka k.
Skurgården
Maulorp
Biörnäs
Sälebo
Ekebacken
Linäs
Wälebo
Swalhult
Heberg
Wista
Härad
Biärka Härad
Anderstorp
Slätterna
Kyfsvenäbben
Kråkriolund
Stufvekärr
Ekedalen
Klinten
Sätungen
Gullered
Wråna
Drumfred
Berg
Welanda
Enerö
Esketorp
Öfventorp
Höga
Skorslyke
Mankebo
Smedstorp
Säletorp
Kakelij
Asserbo
Hörlyke
Sofors
Störteklefvan
Knurrebo
Stubberij
Aker
Lerbacke
Slätholt
Ström
Bjär
Tomtan
Legstorp
Sylte
Halstorp
Lunden
Holasie
Hajorn
Hofvardstorp
Brygomtorp
Prästgården
Kåtaned
Brijgiarn
Kielstorp
Kiesten
Tulquarn
Quarnstugor
Trollhätta
kappaxholmen
Olidan
Ladegård
Knören
Hult
Elf
Malöga
Edsholm
Stallbacka
Forstena
Kaselbij
Hede
Geddebäck
Nijgärde
Wasserfalsna
Karlen
Herworijd
Hasselvad
Ranrum
Wargön
Ona
Brinkeberg
Resta
Olstorp
Oderisö
Nabolum k.
Boberg
Quarntorp
Esperyd
Almäs
Bödrkog
Ryrs k.
Källeröd
Nybolet
Långås
Örenäs
Hedetorp
Kortarij
Gråswiken
Korsbij
Rijketorp
Ämnere
Säter
Löftingen
Engen
Smidstacka
Lunstacka
Svinaköa
Engegård
Hoslebo
Granwiken
Holt
Torpet
Munkebo
Stolebo
Brunsbo
Ström
Boasskog
Intaka
Torpe Härad
BO-
HUS
LÄHN
Ör-
Sjön
och
Giöta
Elf
Gullered
Wråna
Slätterna
Kyfsvenäbben
Kråkriolund
Stufvekärr
Ekedalen
Klinten
Sätungen
Anderstorp
Berg
Welanda
Drumfred
Enerö
Esketorp
Öfventorp
Höga
Skorslyke
Mankebo
Smedstorp
Säletorp
Wälebo
Swalhult
Heberg
Biärka Härad
Wista
Härad
Swensk. Mil
KÄNNETEKNENS
UTTYDNING
Kyrckior
Säterier
Bonde gårdar
Quarnar
Laxfisken
Giästgifwargårdar



ASMUND-CARLAND

*D. D.*

# PARS ALTERA
## DE *WANORUM TRANS* ALBIM REGIONE.

### §. I.

QVemadmodum diviſiones regionum & regnorum extra nos, ubiqve gentium, proſtant innumeræ: Ita *Scandiam* in ſua regna qvoqve, ſuas præfecturas, territoria, parochias & prædia diſtingvi; immo prædiorum partes ſingulas ſuis in ſpecie appellationibus inſigniri, niſi domi hoſpes, neſcire nemo poteſt. Miſſis diviſionibus ceterarum, ſub arcto, gentium atqve regionum, qvarum memorabilia ante nos alii in debitam lucem tranſtulere, de Wänerenſi ditione ſola nobis in præſentia agendum, & qvæ in illâ ad memoriam poſteritatis digna ſuperſunt, in pauca conferenda. Situm eſt territorium *Veſtro-Gothiæ*

*thiæ* regione ultimâ, qva claudi ſenſim, Gothicique Albis alveo æſtuante in oceanum evehi incipit affluentium Scandiæ aqvarum *princeps*, certe non minima *lacuna*. Ab *aqva* verò lacum, & a lacu territorium nomen ſuum accepiſſe tanto certiores eſſe poſſumus, qvanto non ſinus ipſe ſolum, qvo terminatur lacus, ab eodem elemento Waßbotn appellatur: verum tractus ſinguli illi qvoqve, qvi tranſitui in mare fluminis inſerviunt, ab *aqva* inſigniuntur. Nempe noſtro huic Wänerenſi territorio ſuccedit Flunder-paulo ante Flodenshärad dictum. Inde Aale & Wätlehärad territoria excipiunt, iis non obſcurè annuentia, qvæ de mapalibus ab aqvis non procul ſublatis eorum, qvi plagam hanc primum ſubiere, & exinde mox derivatis hominum & locorum nominibus, jam ante monuimus. Noſtrum territorium in duas partes æqvales diſſecat & diſtinguit amnis, terminaturqve ab occidente æſtivo Wäners Dalia & Bahusienſis præfecturæ non niſi exigua parte. Ab auſtro & oriente verò Skaraborgenſem ſatrapiam reſpicit, & qvidem proxime Asbärad ditionem, *Aſarum* nomenclatione priſti-

priſtinâ hodie qvoqve celebrem. Diximus ab occidente limitari territorium noſtrum Bahuſienſi præfecturâ, qvæ ab oſtio, unde derivari amnis incipit, milliari uno ſaltem cum dimidio diſtat. Pro varietate temporum autem terminum illum modo egreſſam Veſtro-Gothiam, & ad maris ſinum usqve, qvi a Norrigia Svethiam hodie dirimit, expanſam fuiſſe (1): Interdum intra alveum Gothelbæ, pomœria ſua coarctata vidiſſe, rerum utrinqve geſtarum annales perhibent. Wänja & Winja härad/ *territorium*, & *Viennicam* paludem *lacum* ipſum jam ante nuncupatum fuiſſe, *Saxonis* commentarii paſſim (2) & juxta, qvod in regiæ Cameræ archivo proſtat, ævi illius rationarium nos docet. Hunnehärad olim dici meruiſſe ab Hunnis regione illa cæſis proſtratisqve, ſuſpicantium, ſed ſine fundamento nonnullorum eſt conjectura. A *Venuſtate* & *Venere*, cujus amores & lepores ponti tempeſtas ſerena interdum æmulari videtur, in qvantum dici poſſit litoris vicinia nomen traxiſſe, ex iis, qvæ diſſertatione procœmiali jam ante dicta ſunt, qvodammodo conſtare poſſe, credibile eſt.

(1) Hiſtoriam *Torſten Vikingſons* Cap. I. pag. 2. conferſis cum *Sturlonidis* edit. Peringſk. p. 87. Dicta fuit regio interamnenſis iſthæe olim Ranarike, qvam denominationem à *Rano* jario, *ERICI EMUNDSSONII* (Wäderhatt) Svethiæ regis marchione, deſcendere putant ex recentioribus nonnulli. Sed cum ante *Jarli* illius ætatem præfectura nomine illo dicta fuit, eademqve vorticibus Gothici amnis perpetuis fere, orientem verſus ſit incluſa; qvin, de veteribus res ſit notiſſima etiam, qvod adeo non ab incolis loca, ut ab indole & ſitu locorum incolæ magis appellari voluerint, à Raun maris ſcopulo & ſtridentis aqvæ ſuſurru, non prædium contiguum modo: Rånnum, ſed & marchionem modo nominatum ipſum nomen ſuum traxiſſe, veroſimile eſt. Sed erit de prædio & nomenclatione illius, alibi opportunior dicendi locus.

(2) Stephan. not. in Saxon. p. 169.

§. II.

DE palude Gothica majore hac ipſa, qvam σύστημα ὑδάτων eſſe; & primordia appellationis ſuæ una cum *Aramæa*, ab *aqva* arceſſere diximus, non pauca heic loci adjici poſſent, ſi ferret inſtitutum. Igitur qvæ de ſitus amoenitate illius, inſularum in ſuperficie numero & ornatu, in profundo vero piſcandi ubertate, navigandi commoditate, & qvæ cum incommodo non minore fieri ſolent, inundationum freqventia, nec non commuſſis ſuper can-

eandem pugnis cum navalibus, tum qvoqve glacialibus dicenda ſuperſunt, ea naturalis & civilis hiſtoriæ perito civi relinqvimus ſeorſim tractanda; exemplo *Hammarenſium* in Nericiâ antiſtitis venerandi, qvi, qvæ ad alteram paludem Gothicam pertinere viſa ſunt digna memoratu, ſtudioſiſſimè omnia complexus eſt. Eſſet heic locus diſſerendi etiam de ſolo hac regione aſpero & ſaltuoſo, agrisqve paſcuis qvam frumentariis alibi lætiore; alibi iterum glebæ frugumqve fertiliſſimo, eodemqve ſtrepentis iterum iterumqve, mox ſerpentis Albis Gothici proſpectu liberrimo; poſſent commodum heic qvoqve interſeri nonnulla de caſibus, qvibus a barbarie *Danorum*, *Norvegorum* & ſeculis indigeſtis olim *Hunnorum* qvoqve defuncta ſit ora regni & regionis iſthæc. item qvæ durante Papiſmo, imperii inconſtantiâ temeritateqve acerba non minora exantlaverit; Sed cum, qvæ hujus loci ſunt, ex ante dictis & in poſterum dicendis partim innoteſcere poſſe ſperamus, & qvæ minus comperta ſunt, per veſtigia locorum atqve nominum indagata, qvousqve veteris hiſtoriæ parti illuſtrandæ alicui in-

ſervi-

ſervire qveant, experiri nobis ſit propoſitum; donec ad mentionem ſingulorum locorum perventum fuerit, ſingulorum horum qvoqve evolutione, conſulto ſupersedemus.

§. III.

QVemadmodum bifariam ſecari territorium jam ante diximus: Ita in duas communitates eccleſiaſticas, Tunhemenſem & Wänersburgenſem hodie diſpertiri, hac occaſione imprimis obſervandum. Tunhemum, qvod vernacula dialecto vetere & hodierna per Taonum effertur, cis Gothalbim ſitum eſt. De poſteriore ultra amnem remoto municipio veteri & novo, ruſticisqve trium conventuum olim & hodie connexo: Naglum puta, Nyr atqve Waßända/ hac parte agendum. *Uplandiæ* nomine olim veniſſe tractum ultra Gauta-älf Veſtro-Gothiæ conterminum; una cum Marcomannis *Daliis* ad Norrigiam ciſalpinam pertinuiſſe, motuumqve inter Svethiæ & Norrigiæ reges incentivum diu fuiſſe, non uno in loco *Sturlonides* cum Gothrici & Rolfii hiſtoriæ *auctore* conſentit (1). Poſt aliqvot ſecula, qvi ſuo ſub Marchione ſecuritati regionis, ab utraqve

Albis

Albis ripa invigilavere, Ælfgrimar cognominati fuere. Ad *Marchiam*, qvæ noſtrati imminet paludi, ejusqve cuſtodes, ſi qvis illam qvoqve appellationem referri velit, nos non admodum refragantes habebit. modo non væcordiam, qvam de Ælfgrimis Sturlonides prædicat, & ad truculentiam veterum *á cuſtodia* Berſarkorum prope accedebat, non in invidiam accolarum, qvi hodie ſunt, præfractè trahat. Occurrunt heic loci agri ſeminales, læta ſegete freqventes, ſed ſilveſtres uti modo diximus; qvi ſi fertilitate glebæ latitudineqve non comparari poſſe videntur cum agris, qvi trans amnem ſiti ſunt, montium hac illac incumbentium ſcabritiei, & qva crebro diffluere ſolent, effœtæ illuviei illorum, tribuendum eſt. Etenim, qvæ Bahusienſem tractum & Norrigiam inde totam percurrunt montium juga, ſtatim atqve Gothelbam tranſcenderis, clivis ſuis aſſurgere & in illam, qvam mox ſervant dorſi perpetuitatem ſemet efferre viſuntur. Waßánda parochia, in actis publicis olim wá ánde dicta, â watn aqvâ, qvam weſi appellant Venni noſtri qvoqve, (2) nomen ſuum habet. fine uti

ſtatim

ſtatim apparet, non alio, qvam qvod illa regione ſpumantes freti fluctus, ceu aggere coërceantur, & intra ſpatia priſtina ſua reverti jubeantur. Sinus, qvem interveniens plano loco canalis â lacu dirimit, cuiqve parochiale templum è proximo imminet, Waßbotn dicitur. Botn (unde *pontus*) ſolum ipſum, qvo continetur aqva, denotare, non vocis uſus ipſe vulgaris ſolum indigitat, ſed maris *baltici* ſinus duo qvoqve; præcipuè, qvi Botniæ regionem utramqve reſpicit, non levis neqve ſubleſtæ fidei teſtis eſt. Golf/ qvia cum botn ejusdem valoris eſt vocabulum, *Golfo* ſuum Itali unde ſumſerint, & cui *lingvæ ruſticæ* ſuæ dialecto (3.) acceptum referre debeant, non difficili conjectura conſeqvi poſſumus.

(1.) Göthr. & Rolf. hiſt. not. p. 13.

(2.) In *Vermia* & *Smolandia* qvoqve Wäſebärad & Wäsbobärad celebria nomina occurrunt.

(3.) De lingva ruſtica Romana ex conſvetudine diverſiſſimarum gentium in urbe enata, & ex eadem genita Italiæ, Franciæ & Hiſpaniæ dialecto, *Funccium* vide ſis in tractatu de variis lingvæ Latinæ ætatibus, itemqve *Holberg.* hiſt. eccleſ. II. p. 190.

§. IV.

AB urbe, qvæ hodie eſt, cujusqve poſt non multo

multo ſuccedet hiſtoriola, vix ſesqvimilliaris ſpatio fuiſſe oppidum Brätte & Brätta dictum, præter famam, qvæ in tablinis ſuperſunt, literarum monumenta qvoqve teſtantur. Abs Waßända matre eccleſiâ, cujus cum floreret, religioni devotum erat, non integro baliſtæ jactu remotum fuiſſe, qvæ hodie qvoqve viſuntur priſtinæ habitationis lineamenta non obſcure exprimunt. Veſtigia enim priſtinæ *formæ*, aut ſi dicere mavis *materiæ* civitatis hujus, adeo non noſtra ætate obſolevere omnia, ut non plura eademqve manifeſtiora impreſſa ſibi ſolum etiamnum retineat. Præter enim diſcrimina liqvida platearum, qvæ non abolere *dies* potuit, ſuperſunt fornaces & foveæ in privatum rei penariæ uſum olim effoſſæ, qvæ rerum in ſe remeantium orbem, exemplo deformi ſuo etiamnum repræſentant. Hujusce verò civium communitatis, qvo ignotiora hodie ſunt initia, tanto ceteros hac plaga ſeminatos civium cœtus antiqvitatis gloriâ antecellere, perſvaſiſſimi ſumus. Chriſtianæ religioni natales ſuos debere maximàm partèm urbes hac noſtrâ gente poſitas, nulli inficiamur. Nam una cum religione, ad guſtum civilioris vitæ indigenæ mox

imbui cœperunt (1.). Qvod verò noſtram Brättam attinet, eandem, ſi ſua initia extendere dixerimus ad illa tempora, qvibus priſtinam feritatem homines nondum exuiſſent, â verô, ſaltem non probabili nos multum divertere agnoſcet, cui ſeqventia ad animum vocare volupe fuerit.

Ipſum nomen Brätte (2.), qvod ſtationem, aut ſi dicere mavis *luſoriam* arenam veterum gentis

(1.) O. *Dalini* hiſtor. Svec. *I.* 10. 9.

(2.) A Brat, Brattur vernaculo, appellationes in lingvis Europæis plurimæ formari cœperunt; non locorum & populorum propria modo, ſed & aliarum, præcipue militarium rerum nomina. Qvemadmodum enim proximis ſeculis, poſtqvam inter artes liberales referri cœpit ars occidendi homines, peregre invectis notionibus multis, illa qvæ hodie eſt, noſtratium belli gerendi diſciplina incruſtata eſt: ita olim factum qvoqve fuit, ut cum militares colonias ſuas *Gothi*, aut ſi dicere mavis *Scythae* majores noſtri in omnes orbis partes diſſeminarent, tum qvoqve *Galli*, *Germani*, *Bretanni*, cæteri, non qvibus invicem diſtingvuntur, nomina *iſta* modo, ſed & alia ſignificativa vocabula multa abs bellatoribus hoſpitibus hiſce acceperint. Noachidarum tria magna regna & totidem nomina illorum: *Aſia*, *Africa*, *Europa*, ſicut ultimæ h. e. *Scythica* originis ſunt; ita de vitæ modo primigenio, qvi denominationi anſam dedit, te-

gentis noſtræ *campionum* deſignat, illis minimum temporibus, qvibus in vicina Albis Gothici inſula Kappar Holmen (de qva poſtea) monomachias ſuas (Holmgangur) majores noſtri explicuere, humani cultus locum planè non exſortem fuiſſe, pro nobis cavere videtur. In veteri Roma gladiatorum certamina non ultimam partem *ſacrorum* abſolviſſe, inqve publicis Italiæ *conventibus mercatibusqve* muneri



ſtes ſunt certiſſimi. Ab etymologis aliæ atqve aliæ adduci ſolent harum appellationum originationes, ſed ſciſſis & detortis in neſcio qvæ inania opinionibus. *WACHTERUS*, ſicut non præter rem Aſiam facit patriam Deorum: ita de Africa & Europa qvoqve ſentit, qvod ab Affen Germanico, *illa* non incommode *terra ſimiarum* dici qveat: *haec* autem *εὐρυόπη* aſpectu læta, & proinde terra illuſtrium nominari meruerit. Sed cum non ex Græcia, nedum Italia antiqvitus Scythæ, ſed ex horum lingva ceteræ omnes fere deſcenderint, & multò ante qvam terrarum modo nominatarum altera λευκωπρόσωπος evaderet, informis cultu & aſpectu horrida eſſet, qvamdiu prædando magis qvam humum exercendo opes ſibi parare qvisqve allaboraret, ad illa tempora, qvibus latrocinia inter honeſtos acqvirendi modos locum invenirent, terrarum & gentium nomina multa natales ſuos non incommodè referre exiſtimaverimus. De *AA*, *All* & *Ell* vocis primæva ſignificatione; qvomodo ex illa *VAN* &

data fuisse (3.) novimus. Edicto Pontificum, restaurata religione, nundinationes indulgentiarum, locis ubi mercatum conflueret populus, illusoriè institutas fuisse, qvis est, qvi non noverit? De Brätta nostra, qvod ante multò, qvam municipii privilegiis ornaretur, sacra nundinalia illa qvoqve celebraverit, & occasione invitante eadem, veteris ævi ludiones *nostri* qvoqve artis suæ prodigia plebi demiranda exhibue-

*AVAN* & ex iisdem iterum infinitæ rerum & locorum & vitæ modorum appellationes concreverint, jam ante varia a nobis dicta sunt, neqve enim est ut semel digesta illa, iterum iterumqve recoqvamus. *AFRICAM*, ad analogiam τȣ̃ Norek nominis, ab au & reka, qvis non argonautarum, h. e. mari potentium, magis qvam simiarum terram esse dixerit? Milites & piratas *ALFI* regis, qvod hostes suos assidue pellerent, Reckar appellatos fuisse, ex Edda novimus. Afreksmadur, *difficilia pervadens* in historia Gothrici & Rolf. dicitur. Qvin, Reckarlos in Sudermannia nostrates & una cum illis *Rickos hombres* in Hispania (ne de *regere* latino, unde rex, ejusdem significationis vocabulo qvid dicam) ex eadem radice cognomina sua qvoqve arcessere nulli dubitamus. De *EUROPA* idem dicendum. Ab Eu & rauben dicta, deprædationis maritimæ primitus factæ memoriam in suo nomine illa qvoqve refricat. Raup deprædatio Scandianis olim dicta fuit. Neqve dubitandum, qvin qvæ in insulari

hibuerint, nulli dubitamus. Habuerunt Martis pulli Romani ſua gymnaſia, & qvidem præcipuè campum Martium, in qvo ad firmitatem, agilitatem & pernicitatem diverſimode exercebantur. Ab *haſta*, præcipuo in bellis telo, Qvirinus ipſe Romulus dicebatur, qviqve in illius honorem inſtaurabantur feſti ludi, Qvirinalia dicebantur. Habuit gens priſca noſtratium, niſi armata, publicæ aut privatæ rei nil

& continente olim Dania in rup deſinunt infinito numero locorum nomina, totidem teſtes ſint vitæ modi illius in aqvilone ſtrenue exerciti. Et qvi de *Europa* Phœnicum regis filia a Jove rapta & in Cretam translatâ qvidqvam inaudiverit, pariterqve obſervaverit ea, qvæ de noſtratium *VANORUM* & *VENEDORUM* excurſionibus piraticis in illas Aſiæ oras, perſcripta inveniuntur, appellationem eandem, puta *Europä*, ex ſedibus *Vandalicis* ſuis eodem transtuliſſe noſtrates, an vero ex illis locis ſecum domum reportaſſe, nemo mirabitur. Sed ſunt non illa nomina ſola, qvæ de inclareſcendi vitæ genere majorum teſtantur. Populorum & regnorum in Europa appellationes, tantum non omnes, utpote *Germanorum*, *Spaniorum*, *Gallorum*, *Scotorum*, *Cimbrorum*, *Cattorum* & deniqve *Saxorum* atqve *Bretannorum*, qvid niſi votivam horum genus hominum obligationem innuunt ad *obdurandam per ſangvinem & ſpolia frontem*. Ad colendam unice bellicam virtutem, nil niſi faces & fomites eſſe,

nil agere ſolita, haſtatos pugiles ( Brettar/ ſtreinglekr ) ſuas frameas ( bretes longves ) ſuos Trojæ ludos (4.) Lekwallar olim dictos, in, qvibus ſub ictum dare capita, & ad conſerendum ſine metu cum hoſte lacertos ſuos præexercere ſoliti fuere ( 5 ). In illo loco, cujus modo mentionem fecimus undis circumfluo, qvem, Bråttön *RUDBECKIUS* appellat, feria ludorum ( bardalekar ) inſtituta fuiſſe, exemplo in,

qvi in veteri vernacula plane non hoſpes eſt, per ſe qvisqve videt. *Bratir*, *Brattur* & *Ennebrattur*, Odini cognomina, qvæ arduæ frontis virum ſignificant, id ut pro perſvaſiſſimo habeam, memet adducunt. *BRATTR* ex Jutia *HILDETANDI* regis in campis *Bravallinis* athletam, ob ſingularem confligendi dexteritatem Saxo commendat. Et qvod utramqve *Bretanniam* ( Bretland, Bretmannaland ) attinet, eandem ſive a Bretone ſive a Bret, Brat, Brettur, qvis dictam velit, non utramqve originationem modo, ceu Scythicam invicem ſibi conſtare poſſe videbit, ſed inveniet idem etiam, qvemadmodum Brettur (Breteur) dicebatur, cui longiori Scythica ſecuri digladiari volupe eſſet: ita Saxones priorum ſocios & vitæ genus idem in Albione poſtea profeſſos, a Saxis h. e. gladiis brevioribus, iisdemqve hoſti cominus cædendo aptioribus nomen ſuum ſortitos fuiſſe. *Bratislaviae* urbis & ex illa ſine dubio oriundorum *Bratislavorum* regum atqve ducum celebria nomina, totidem virtutis monumenta

in poſterum non uno evictum dabimus. Qvi verò præliorum uſibus non ſatis adhuc exercitati eſſent, illos ſub magiſtris in cædendo promtiſſimis, diſſito non procul loco hoc ipſo, ſua imaginaria certamina miſcuiſſe, credibile eſt.

§. V.

CUltis hac regione ceteris pagis atqve oppidis, antiqvitatis gloriam dubiam reddere Brättam noſtram; & ſeculi evoluta barbarie,

eſſe coloniæ ab aqvilone cujusdam ultra Sarmatiam in Hungaria aliqvamdiu ſubſidentis, jam ante obſervavimus. Ne qvid de Brätta dicam *Philippi Melanchthonis* patria, qvam in palatinatu Rheni ſitam ab Odenswald propinqvitate, extra patriam, eadem, qva penes nos Brätta & Oddewalla domi miſcentur, contineri novimus. Sed ne, qvod noſtratium claro cuidam viro ab æmulo objectum fuit, qvod de rebus antiqvis & obſoletis ſtruere hiſtorias & ſeptentrionem cum occidente confundere ſuſtinuerit, nobis qvis objicere qveat, transmiſſis ſeculis, qvibus arctoo orbe regnum tenebrarum novum ſe intenderet, ad ea, qvæ propiora ſunt tempora, pedem promovemus. Interim ex conjecturis hiſce noſtris in gratiam ulterioris examinis ſaltem adhibitis, utrum interlunium antiqvitatis aliqvod haberi qveat, qvi me ipſo acutum magis cernunt, non è longinqvo videbunt. Qvidqvid ſit, ex Scandiâ bellatores ſuos, ſeqviori ætate adſciviſſe *Bretanniam*, nemo dubitat.

rie, aliarum more urbium, hominibus piſcandi & mercandi cauſſa commeantibus inſerviſſe, diximus. Cur verò decurrente ſatis longo ſeqventis ævi ſpatio, ad eundem cum ceteris urbibus florem, opulentiamqve adſpirare neqviverit, cauſſam hanc habe. Solum, qvo fundata civitas erat, non in aream ſpatioſam aliqvam porrigitur, ſed rupibus abſciſſis, iisdemqve non æqvali, ſed inæqvali ſerie excreſcenti

Indigenarum, hoc eſt primorum terræ illius incolarum eandem indolem fuiſſe qvæ poſterorum fuit, pro veroſimili itidem qvis non agnoſcit? Certè abs *Scythico* Bratt & Brätte, vitæ modo priſtino potius, qvam â *Britonis* neſcio cujus adventu fabuloſo gentem olim cognominatam fuiſſe, & ex hac gentium vaginâ majores minoresqve inibi deſcendiſſe, qvi in illam veterem morum ſimplicitatem & lingvarum viciſſitudinem altius introſpexerint, non longè videbunt.

(3.) *Sveton. Thyſii p.* 612. *not.* 2.

(4.) Per Trojæ ludum intelligimus non præciſe ludicrum illud, qvod Romæ, ſub eodem nomine inolevit, ſed in genere luctandi & digladiandi munus omne, ab Odino Aſiatico & *Trojano* in ſeptentrione inſtauratum.

(5.) Ad magna expedienda corpus ſuum majores noſtros ſtrenuis exercitiis præparaſſe, *STEPHANIUS* in notis ad Saxon. & *REENHIELMIUS* in not. ad Torſt Vikingſ. obſervant. Immo de vicinis qvoqve prædicant, qvod

ſcentibus veſtitur. Inde a portu, recipiendis majoribus navigiis capaci, continentis ſpatio non exiguo remota. in ſumma: ab iis commoditatibus ſejuncta, qvas, poſtqvam vitæ civilis commercia terra mariqve efflorescere cœperunt, hodierni ævi conditores urbium in oculis habere ſolent. Sed erat non naturæ malignitas, neqve in arcto ſitus ipſe loci cauſſa ſola, cur incrementis debitis efflorescere neqvivit Brätta noſtra. Hoſticum in propatulo cervicibus civium imminens inimicitiæqve Svecos inter Danosqve diu pridem multumqve agitatæ, non in levi cauſſa fuere, cur extrinſecus minutæ & paupertinæ formæ ſuæ, ex opibus neqve aliqvam famam ſibi dignitatemqve conciliare potuerit. In illa colliſione perenni regnorum, Brätta ad ultimam ſuæ gentis & proximam Norvagiæ oram relegata, qvî ſalua es-

C ſe-

qvemadmodum Gothi hac regione: ita in Hägranäs Norrigiæ, Skagefiordenſis puta ditionis, ejus gentis juvenile robur præexercitationibus militiæ aſſiduo adſveverint; ludi magiſtro nolentem volentemqve ludo ſecum incingente & ad luctandum compellente. Hiſce, ſi volupe fuerit, adnecte OL. MAGNI de militaribus exercitiis & diſciplinis Gothorum, librum VIII.

ſe potuit? Qvæ, avorum & proavorum memoriâ a vicinis illis hoſtilia paſſa eſt, in paria fata jam ante vocatam ſæpe, iisdemqve temporum injuriis divexatam fuiſſe, plus ſatis docent & manifeſtum reddunt. Conati fuere qvidem principes imperii, qva commodiſſime fieri potuit, viâ, malis iſtis in tempore occurrere. Verum cum ex inſidiis erumpere facillime poſſet, & ut plurimum qvoqve ſoleret hoſtilis irruptio, maris omni celerior alluvione, qvid qvæſo verſus fati vim, conſilii & opis collatio valuit? qvæ inde vitæ bonorumqve ſecuritas haberi potuit? A regibus Svethiæ GUSTAVI *Magni* anteceſſoribus donaria villarum, prædiorumqve, alia ſuper alia, amplificandis civium fortunis collata fuere (1). Princeps magnanimus idem donaria priorum regum civitati non confirmavit ſolum, ſed in vicem cumuli, tributorum omnium, immo cenſationis menſaticæ onere qvoqve, de qvo præſtando ordines paulo ante conveniſſent, eosdem

(1) Etiam ante *GUSTAVI* Magni regis ætatem municipii juribus atqve immunitatibus donatos fuiſſe, Wättanos cives, ex itinerario *nobz* Palmſkiöldii, regni olim archivarii diligentiſſimi colligi poteſt.

dem prope ſolos exemit (2). Sacra nundinalia, ſtatis anni temporibus domi partim, partim ad Amala backe (Amaliæ collem) loco, ubi Amaliæ oppidum Daliæ deinceps ſurrexit, rei ſuæ non levi cum incremento, noſtri celebravere. Pecuniæ mulctatitiæ (Sakôre) e fiſco territorii, ubi aſſervatæ huc usqve fuerant, levandæ & in uſus publicos convertendæ poteſtatem iisdem jam ante fecerat CAROLUS IX. rex, ſi alius qvisqvam, ſalutis & œconomiæ civium ſuorum ſtudioſiſſimus. Et ne ad ſummam gratiam regum qvid deeſſe videretur, cum moliendæ novæ urbis Gothoburgenſis conſilium iniiſſet rex, Niloſienſis (3), antiqvæ urbis civibus, ne vel novæ urbis incremento vel ceteris in proximo oppidis, negotiationis præpoſtero qvæſtu ſuo fraudi eſſent, Brättam

C2 migra-

(2.) Anundarſyd, Gunnarstorp & Wakända coronæ fundos: nec non ſtora & lilla Aſpersyd, Korsberga, Qwarntorp & Lekarſyd, *Olavo* Kinkel, eorum, puta civium anno ſuper. ſeculi XIII. oratori comitiali, (ne de ſeqventium annorum comitialibus decretis qvid dicam) ut ex malis ſuis citius urbs reſurgere poſſet, conceſſa fuiſſe, ex regiſtro archivi regni nos docuit Cancellariæ Conſiliarius, idemqve Archivi

migrare jussit. Potuit videri coalitione in unum duorum municipiorum horum, vis fortior facta resistendi temporum injuriis. Sed cum id genus civium essent, qvi nomine illo solo excluſi essent ab indigenatu novæ urbis, qvod ad decus & robur ejus eximii nihil conferre possent, parum in illa colonia præsidii positum fuisse, urbisqve matris suæ vulnera detexisse magis, qvam texisse, in propatulo est videre. Qvod in morbis malignis fieri solere novimus, ut, nisi cum sublata peccante materia, fiduciam sanitatis in solidum recuperandæ qvis frustra exspectaverit. Id de oppido hoc ipso qvoqve vere dixerimus, usqve qvo opportunitas adventaret, qva flagellum a regione memoratum longius submovere Nemesi Divinæ placuit, adver-

h. t. director nobiliss. Dn. *ANDR. A. von STIERNMAN*, patriæ illustrandæ historiæ ipse mirifice deditus, & cunctis qvos vestigia sua, qvamvis longo post ordine, inseqvi viderit, beneficio nullo non obviam procedens. Qvod ad prædium Lekarhd, non illud prætermittendum duximus, qvod neqve nisi exiguo intervallo distet a campo Martio utroqve (Leikwallar) in qvos, sicut & in vulnera (Leiksmerck) convenisse olim campiones, majorum nostrorum he-

versus conceptam visceribus ipsis tabem, frustraneam omnem fuisse medicinam. Auram levem reparandæ fortunæ spes eidem identidem subjicere velle videbatur, sed qvidqvid fieret, in speciem saltem fiebat. Etenim ex brevi mora malum perpetuo recruduit, & anteqvam metus aliqvis civibus incideret, tecta eorum incendio fumavere, catenatiqve ipsi, ante suum prædonem qvisqve, in captivitatem abstracti fuere.

§. VI.

DUravit in illo dubio inclinatæ incolumitatis suæ statu municipium nostrum ad annum

roës, jam ante diximus. Anundarijd suburbanum Brättæ fundum, cujus mentionem modo fecimus, a *BRÆTTANUNDO* Gothorum rege nomen traxisse, non invitus agnoscet, qvi qvid importet Rijd, rioda & rydia Gothicum, & qvàm difficili opere, civium suorum, præcipue vero rusticorum usui compendioqve rex idem defungi voluerit, attenderit.

(3.) Nilosiensis urbis cives pristina fortunarum sede factos extorres, regione Vest-Gothiæ alia atqve alia consedisse, præcipuè verò in Schedviæ viciniam semet intrusisse, ibiqve municipii jura, sed sine onere aggressos fuisse, conferri meretur *CEDERBERGII* consultissimi viri Gothoburgensis urbis historia. In illius, novæ Ludosiæ (Nylöse) commendationem illud in transitu notandum, qvod ante paulo qvam destrueretur, in eadem natus fuerit *JOHANNES CHRISTOPHORI* Kämpe,

num usqve qvartum & qvadrageſimum ſuperioris ſeculi, qvo ſuper vectigali Oreſundico, Svethiæ atqve Daniæ regnorum magna colliſio facta fuit. Fuit belli illius mora exigui temporis ſaltem, prope non longior, qvam Borusſiaci *HEROIS* atqve *victoris* cum Saxone nuperrimorum motuum duratio fuit, ſed cum graviore ſupplicio civium, proh dolor, utrinqve brevitas compenſata fuit. Irrupere, in proximo etiamdum ſtabulantes hoſtes, Norvagiæ proregis *ANNIBALIS SEESIEDII* ſub auſpiciis, & antequam ex veterno ſuo noſtri in excubiis poſiti præfecti evigilarent, in Veſt-Gothiæ interiora qvoqve penetravere. Qvot qvantisqve malis Veſtro-Gothi mei tempore illo defuncti ſint, qvæ inibi paulo ante percrebuit & ab hoſtilitate hac ipſa (Balſis feiden) nominari meruit, ruſtica computandi ratio manifeſtum reddit. Taceo cetera loca, qvæ belli ruina hæc ipſa involuit. Proſtrata ſingula illa ſuas edidere ruinas. Sed in priſtinum ſtatum redintegrari cetera

Scarenſis epiſcopus., qvi *Nitoſienſem* ipſe ſemet ſcripſit, atqve patrio magis illo qvam martis avito nomine ab aliis qvoqve compellari voluit.

tera cœpere brevi. Brattam ad ima usqve hoſtis delevit (1). Noluit ille integram conſervari eandem victoriæ ſuæ monumentum. Sopito bello, cum a morte iterum revocari ad ſalutem neqve regni neqve civium pertinere videretur, aratrum veteri areæ ſuperinduxere noſtrates, & de nova, ex Albæ ruinis, loco magis opportuno, condenda urbe conſilia conferre cœperunt.

§. VII.

VEllem, anteqvam ad ea, qvæ recentioris ævi civilia inſtituta ſunt, dilabimur, antiqvitatis κειμήλια alia ignota protrahere & cupido rerum harum lectori oſtentare poſſemus. Vellem ſepulchralia templorum anathemata, civium conſecrata memoriæ heic loci cum laude vita defunctorum, & deniqve eqveſtrium, qvæ regionem illuſtrent, prædiorum redundantem numerum in digitos mittere poſſemus. Certe ne indagandi curioſitatem noſtram fallerent aut effugerent, impendio laboraremus. Sed cum qvæ

(1.) Loqvitur de oppidulo VeſtGothiæ hoc ipso, una cum Ludoſia vetere ab *Annibale* Dano an. 1644. incenſa, theatrum Europæum, & ex illo *Zeilerus* in deſcriptione Svethiæ ſuæ p. m. 61.

qvæ templis dicata fuere veteris ævi monumenta, exeunte reformationis ſeculo, pietatis affectatio qvædam delevit (1); qvæ vero magis elaborata videri poterant honeſtamenta villarum hoſtes expunxerint, ſaltem effecerint, ne qvæ regni orâ hacce, feralibus mox depaſcenda flammis, qvorum intereſt, exſplendeſcere voluerint, ex illo genere laudis non niſi parum, qvi hac parte habitant, in ſe transmovere poſſe patet. Prædia igitur nobilium, qvæ onerum immunitate vetuſta gaudent (Sätteri-er) non niſi tria hac regione numerantur: Reſtad/ Odensö & Hult. Poſteriora duo jure proprietario *Sopiorum* & *Belfragiorum* clara nomina ſibi vindicant. Tertium vero *TORSTENSONIORUM* genti ante annos plus minus ſexaginta detractum, jure non niſi feudali & uſufructuario a provinciæ Satrapis hodie poſſidetur.

§. VIII.

QVàm verò eorum nil omiſerint pii principes, qvæ patriæ ſecuritati verſus repentinas hoſtium irruptiones velificare, commerciorum facilitatem juvare, & incidentium hac re-

(1.) Meſſen. Scond. VIII. p. 33.

regione inundationum pericula crebra averte-re poſſe viderentur, *Iſthmus* Gothalbim inter pontumqve Wagboth/ conatu magno, ſed non prorſus irrito perfoſſus, plus ſatis indicat. In-vehitur in ſui ævi *proceres*, regni Primas ipſe *JOHANNES MAGNUS* (1) qvod qvæ opere non multo aut ſumtuoſo, per patriam fieri poſſent derivationes aqvarum, easdem in com-munem utilitatem & defenſionem convertere, illi intermitterent. Eandem reipublicæ partem, ne ſub auſpicio CAROLI GUSTAVI principis magnanimi non recte curatam eſſe, civibus naſceretur occaſio qverendi, ſuſceptis circa a-qvæ ductus, variis moliminibus in tempore, effectum fuit. Humore adventitio continentem,



(1.) *JOH. MAGNI* hiſt. S-Goth. XIX. 19. item Lib. XVIII. Anno, qvo GUSTAVUS I. rex electus fuit, de ar-tificioſo molimine corrivandorum lacuum atqve ſta-gnorum in comitiis regni actum fuiſſe, *JOH. BRA-SKII* Ep. literæ nos docent, qvarum in ſocietat. literar. Holmenſ. actis nupera mentio facta eſt. An-no 1524. regem de conjunctione lacuum & fluvio-rum, adeoqve maritima mercium transvectione ab ur-be *Luaoſia* Holmiam usqve, in comitiis egiſſe, ex hi-ſtoria GUSTAVI I., a profeſſ. *O. CELSIO* juniore nu-per edita, & qvidem pag. 185. non obſcure patet.

qvæ lacum Mälarn & Hielmarn interjacet, navibus perviam facere aggreſſum fuiſſe operum immortalium architectum illum, palam notum eſt. Hac occiduâ Gothiæ plagâ ne cives ſui reqvirerent, qvæ ad ſalutem publicam eorum pertinerent, itidem ſub imperio plus ſatis arcto ſuo perfecit. Erat in incunabulis ſuis etiamnum hærens Wänersburgi nova civitas, de qva modo plura. Eandem ne in ipſo vitæ civilis exordio inſimul coorta belli calamitas hauriret, patentem foſſam, eandemqve ſatis altam per anguſtias illas, qvibus tranſitus in urbem aperitur, circiter octodecim ſtadiorum, adornari curavit. Utqve magis promtè induſtriam defendendi ſuam, qvi in præſidio urbis eſſent, explicare poſſent, conſolidato, in formam munimenti, aggere gemino, viam publicam muniri voluit. Dictum, factum. In qvantum verò conſilio rite inito iſti eventus reſponderit, non hujus loci eſt indagare. Id docet experientia, prolatis regni finibus, & inſimul remoto longius hoſte, cum magis in ſecuro ageret oppidum, de incolumi ſervanda ſubſtructione, qvam ſibi alveoqve novo ſuo cives præcinxiſſent,

xiſſent, admodum non multum inde laboraſſe. Certe, laxatâ curâ illa, cum ex brevi mora hoſtes iteratò irrumperent, factum invenimus, ut molem utramqve inimici diruerent, tantamqve loco vaſtitatem inducerent, ut, præterqvam ex fama, vix aliqva operum horum veſtigia hodie ſuperſint. Sed non ſecuritatis nomine ſolo, canalem illum fieri voluit piiſſimæ memoriæ PRINCEPS. Hærebant in oculis illius Gothorum circum circa habitantium qverelæ & obſecrationes, ut qvem ex *Viennica* palude exitum aqvæ idoneum natura denegaſſet, qvorum intereſt, artis invento novo conſeqvi laborarent. Perſvadere ſibi voluere nonnulli, qvod diverſo fonte erumpens *foſſa* CAROLINA (Carls graf) eademqve vorticibus alluentis fluvii ſe iterum condens, medicinam malo qvæſitam, omnino apportaret. Verum qvàm pro periculi magnitudine remedium minus illud ad exſiccanda, qvæ aqvis innatarent, depreſſiora littora, parum profecerit, experientia ipſa loqvitur; loqvuntur communitatum Wermlandiæ (2) de nimis anguſto Gothalbis oſtio, & in

D2 illius

(2.) Bondeſtåndets Rikesdags poſtulat. an. 1731. §. 23.

illius ſupplementum effodiendo vicario canali novo, reqviſitiones comitiales; loqvuntur regum de coërcendis per aggeres & repagula cataractis Trollhättanis, nupera (3) & ſalubria deſtinata, & deniqve conſilia eorum, qvi Dædalæi operis exactores impigerrimi futuri eſſent; qvi qva breviore viâ per ſubſtructiones Trollhättanas; longiore vero, per planitiem facto corrivationis circuitu, inundationes nimiæ præcaveri, & commercia hac parte regni, miro

(3.) Superiore ſeculo, cum efflorescere magis magisqve inciperet Gothoburgenſis nova urbs, Batavos, qvi condendæ illius auctores fuerant, operis moliendi hujus, jam ante conſilium iniviſſe legimus, ut cum civibus intima regni parte diſſitis, ſine ancipiti & ſumtuoſo per fretum Danicum ambitu, commode & ſecurè magis commercia exercere poſſent. Sed cum conatu irrito omnino iſthmum perforari illum, Danis ſit perſvaſum, de apparatu in nihilum recidente, apud ſuos proverbium increbuiſſe teſtatur *HOLBERGIUS*: Jeg tencker han wil ga den nye weg, ſom di Hollender hawe ledt op fra Gotinburg ygienom Swerig in i Oſterſiön. Sed ſi qvæ conatum reprimunt, ceteras cauſſas perinde ſuperare in proclivi eſſet, naturam temporis imperio obnoxiam eſſe, præſertim ſub REGE & Dædalo modo laudato, præſens ipſe, ſi voluiſſet, videre potuiſſet.

ro cum evectionum & ſubvectionum compendio transmitti poſſint, prope digito monſtrarunt (4).

§. IX.

Succedit altera, frugiferis convallibus, rupes inter ſaxaqve, freqvens parochia Naglum/ ante annos admodum ducentos Naſuns Sochn

(4.) Commercie Rådets *POLHEIMS* betänckande om ſegelfartens inråttande emillan Giötheborg och Stockholm. Ad calculum vocaſſe ſumtus, qvi impendendi veniunt, viamqve, qva cum agrorum diſpendio minimo, nec non operis perenni firmamento fabrica perfici poſſit, accuratiſſime delineaſſe virum inclutum, facta nuper *REGIS AUGUSTI* invitatio ad rem pro virili aggrediendam, liqvido exponit. Si pacem *PATRIÆ*, ejusqve *PATRI* vitam ultra terminos conſvetos, qvod optamus, DEUS concedere velit, Senatorii ordinis illuſtrium vicariorum conſulto proviſuqve intra terminum opus conſummatum iri non dubitamus. Sin temporum invidia perficiendæ rei ultimum conatum iteratò diſturbaverit, ſub exemplo edicti modo memorati, qvantum, qvi hodie cum imperio ſunt, pro gloria & ſalute publica transegerint, ſaltem transigere adlaborarint, poſteritati commonſtraſſe ſufficiet. Prodiit Holmiæ regium edictum, menſis, qvi nuper exiit die XI. Curatores rei perficiendæ conſtituti ſunt regni Senatores celſiſſimi *comites TESSINUS & EKBLADIUS*, publicæ ornandæ & ordinandæ rei dicata nomina. Diploma inſerere integrum, ne in re obvia multus eſſe videar, conſultò ſupersedeo.

Sochn dicta (1). F & G qvamvis ioqventibus noſtri ævi hominibus, non congeneres, neqve permutabiles literæ videri poterint, *affinitatis* habita ratione tamen priſcis in formatione vocum & dialectorum invicem operam ſibi non difficulter præſtitiſſe, exemplo non uno vernaculæ ſuæ *WACHTERUS* probatum ivit. Naglum & Naſlunæ verò, qvamvis inveſtigatu difficilior multo, qvam notionis Waßánda videri poterit etymologia, qvæ in ceteris veriſimillima nobis apparet, non pigebit apponere tamen. maxime cum ad conciliandam fidem jam ante dictis & in poſterum dicendis, non parum facere videatur. Præſuppoſitis iis, qvæ de primis nominatoribus & in imponendis nominibus tenore perpetuo eorum jam ante notavimus, ex *Næfillo HALFDANI* vetuſti Norvagiæ regis filio, eodemq; magno olim maris Wiſtrio/ cognomentum ſuum trahere tractum hunc, veri ſimilitudine non caret. Ex illa Norvegorum regum familia Náſlungos Burgundiorum (2) principes, itemqve patriam

(1.) In rationario anni 1544. Collegii Cameræ ita appellatur.

(2.) Berg à bárg & bergia (Gen. 19. 17:) pro loco,

am eorum Näſlungalandiam dictam fuiſſe, ex tabula genealogica regum illorum pervetuſta, nec non *Vilkini* & Veronenſis THEODERICI hiſtoria probat *JOH. PERINGSCHOELDIUS* (3). Ne de Hiſpanorum Näſlungalandia qvid dicam, qvod *Vandalicum* nomen eſſe, & qvem hodie *Vandaluſia*, terræ tractum eundem ſignificare, non negabit, qvi de noſtratium in *oceanum Hiſpaniamqve* expeditionibus, Hiſpanorumqve cum noſtra gente cultis olim commerciis qvidqvam inaudiverit (4). Iſta ex vetuſtis noſtratium Chronicis deſumta, ſi cui digna videri poterint, qvæ conferantur cum iis, qvæ de

opere qvocunqve munito veteribus accipiebatur. Qviqve ejusmodi loca inhabitant, *Burgenſes*, *Burgarii*, & Borgare usqve hodie appellantur. Burgundos autem ex Scandia egreſſos eſſe, eosdemqve a Burgis cognominari, non dubitabit ſpero, qvisqvis rudioris ævi propugnacula promontoriorum, nulla non parte Svethiæ & Norvagiæ viderit, & deniqve excurſionum gentis hujus memoriam cogitaverit, qvam *Bornholm* inſula (olim Burgundarholm) in ſuo nomine hodiedum ſervat. confer diſſert de Varegg. originibus p. 45. Scurtzfleiſch. diſſert. X. p. 8.

(3) In notis ad Cochlæi vit. Theodor. p. 532. & 260.

(4. *O. Benzelii* diſſert. de commerciis S-Goth. pag. 129.

de ortu Burgundiorum & Vandalorum nos paulo ante obſervavimus, aditum ferentem ad etymologiam nominis de qvo qværitur, non difficulter inveniet. Verum unde Næfilli & ex illo deſcendentium Náſlungorum nomen? Priſcis gentis noſtræ viris *bene moratis*, puta heroibus ſangvinariis poſthumas in Halla Odini ſedes paratas fuiſſe; qvos vero ſenium conſeciſſet, malos homines, eosdem ad *Helam* inferni deam deſcendiſſe, indeqve *Næfilheimi* voraginê in præcipitem interitum receptos fuiſſe Eddæ mythologia perhibet. *Ditis* aulam funeſtam, ſecundum Orpheum, Virgilium & Sibyllæ folium modo memoratum, ſeptentrionis orbe ultimo qværendam eſſe, nobiliſſ. Dn. *WILDE*, unâqve *RUDBECKIUS* veteris hiſtoriæ noſtræ *pater* monent. Utrum ad Heckla Islandiæ, in Blekingiâ, an vero in Smolandiæ Verendia damnatorum locus ille reperiatur (5) qvamvis noſtra nil referat, qvi ſub qvacunqve valle verſemur, ex effato *CHRYSOLORÆ* doctiſſimi viri, noverimus cœlum & pœna-

(5.) Diſſert. de *Smolandia* p. 12. & de *Blekingia*, V. Celeb. *BRINGII* diſſert. p. 14.

pœnarum domum eadem a ſe invicem menſura ſemper diſtare: qvod ad hanc regionem, neqve ſine veriſimilitudine de eadem dici poſſe videtur, qvod geminam manſionem terreſtrem, qvam defunctorum animabus majores tribuere, ambitu ſuo illa qvoqve comprehenderit. Erit de re illa plenior dicendi locus, cum ad ſtygium Trollhättæ barathrum, & qvæ in altera fluvii illius ripa occurrunt, memorabilium mentionem pedem promoverimus (6). Hoc loco notaſſe ſufficiet, in eadem, qvâ Naefilheimum noſtrum, ripa, fortunatas, qvæ ab Odino nomen trahunt, ſitas eſſe inſulas, & in oppoſito littore mox Hallam ſeu Helæ palatium eminere una cum Heckla præcipitio, qvo in ſeptentrione altum magis aliud abiciſſumqve inveniri vix credibile; ex qvo vitæ pertæſi capulares ſenes, per chaos ingens ſubter effoſſum, in triſtes, ſine lumine latebras ſemet transmiſere. A communitatis

E hujus

(6.) Gentilitio & mythico durante ſeculo, qvemadmodum agro Upſaliæ vicino, *Upſveones*; ita qvoqve *Gothos* noſtros heic loci religionis ſuæ principem ſedem conſtitutam habuiſſe, ex ſeqventibus diſpalescet.

hujus hodierna æde ſacra, qvam amnis in ipſo margine, parochiani ſurgere voluerunt, ſtadii intervallo non integro abeſt fretum Naglems Sund/ ubi, nullo ad Rånnum adhuc ſubſtrui cœpto ponte, per tabulata navigia, leni ſed lato alveo defluentem Albim trajecere pridem, qvi ex una in aliam regionem excurrere voluerunt. Ante mortem GUSTAVI I., biennio fere, cum in conſpectu regionis adhuc hoſtis excubaret, in comitiis transactum invenimus, ut excitato ad Naglems-ſund munimento, gentis ſecuritati & publicæ viæ transitui magis in poſterum provideretur (7). Verum temporibus, qvæ mortem exciperent turbatiſſimis, opus illud ad exitum nunqvam perductum, vix inchoatum fuiſſe, eventus ipſe docuit.

§. X.

A Limite non procul illo, qvo cum præfecturâ Bahusienſi hæc eccleſia jungitur, Stora Edet/ Don edet/ Edzholm/ Edſåter & deniqve Edzwägen pervulgata nomina obveniunt; qvarum, cum in deſignatione non horum modo

(7) Tegels hiſt. II. p. 356.

do, ſed & alibi multorum locorum (1) crebra notionum mentio fieri ſoleat, qvid ſibi velint vocabula iſta, in deſcriptione oræ hujus, transilire religio vetat. Sed erit non hic locus excutiendi ſingula. De *Doneidi* & *Dunheidi*, itemqve Edzholm / vetere marchionum munita arce Gothorum, alio tempore, plenior ſe aperiet diſſerendi locus. Qvod ad ſenſum, qvem eid / ed / ida notiones important, tenendum, non *Iſthmum* ſolum, ſeu inter duo maria terræ anguſtiam, ſed & freti inter aſpera montium, torrentes vortices deſignare. In hac ultima ſignificatione in faſtis Hervorianis occurrere, & qvæ de Eida foß inibi memorantur, de ſpumoſis hac noſtra gente gurgitibus Idæis accipi debere *VERELIUS* monet, cum Eide & Forsfall anguſtias eſſe dicit, per qvas violenter & cum impetu deferantur aqvæ (2). Catadupas Gothicas, præeunte hiſtorico, in efra Foß ad Eide h. e. ſuperius Idæ præcipitium & litla Eide / Lilla Edet / qvod *Gothoburgo* propius eſt vir ſummus diſtingvit, & per hoc ipſum *mi-*



(1.) *WACHTER.* gloſſar. itemqve *VEREL.* Hervor. p. 19. 122. 177. 180. (2.) In not. ad hiſt. Hervoræ p. 18.

*nore cum impetu aqvas præcipitari* ait. Et id recte qvidem. Qvisqvis enim regionem oculis obierit, nomina qvæ olim fuere, eadem hodiedum supereſſe integra, omnia cum inclinatione amnis & regionis exacte congruere, & deniqve ſingula, qvæ in hiſtoria narrantur ad hunc tractum, non invita minerva accommodari poſſe, non longe videbit. Spumantis *Idæ* & periculoſiſſimi trajectus viciniæ illius mentionem facit *Sturlonides* in Norvegiæ regum, *OLAVI HARALDI & HARALDI SIGURDSONII* rerum geſtarum hiſtoria, cum de prioris ad aulam Svethiæ pronubis legatis teſtatur, qvod confragoſa *Eidæ* non ſine diſcrimine ſuperarint (3.): de poſteriore item, qvod circum fauces & præcipitia amnis per loca ſicca naves ſuas deduxerit, cum Svethiæ Jarlum & Marchionem per paludem vicinam inſectari & in ſuam ditionem redigere conſtituiſſet. Qva fluminis ripa opus illud urgere & humeris exceptam myoparonum turbam in paludem non prope diſtantem perferri voluerit *HARALDUS*, qvamvis qvi hiſtoriam dedit, non me-

(3.) Sturlonid. I. p. 508. p. 145. edit. Peringſk.

meminerit, hodie neqve ſcire noſtra interſit, hac occidua regione tamen, viâ, qvam ab altera parte, commodâ magis, evectam fuiſſe, auſuqve memorabili iſto datum fuiſſe exemplum noſtri ævi, per ſarcinaria jumenta, minorum onerum transvectionibus, citra non omnem fidem, mente concipi poſſe videtur. Qvæ verò coli ſenſim & non aliis magis qvam iſtis uſibus inde freqventari via cœpit, Edzwägen poſt non multo cognominari meruit. primum, ut apparet, a vicina charybdi, cujus metuendas fauces evitare, circuitu illo, commeantium ultro citroqve hominum ſocietas commodum exiſtimavit. poſtea vero, qvam laxatis vinculis ſobrietatis, transmiſſionibus devota plebs confuſo impetu ruere & diris imprecationibus nomen Dei refigere & transfigere inciperet, ex illa Elfwargrimorum priſtina gente, de qva paulo antè, deſcendiſſe, & a *dejerando* perinde appoſite tranſitum terræ inauſpicatum huncce derivari poſſe, non pauci ſunt, qvi exiſtiment. Vitæ verò ſufficientiam ruſticorum horum, qvamdiu agriculturam ſtrenue exercerent; in nervum vero privatæ & publicæ rei vergentem

hodi-

hodiernam conditionem eorum, cum nemo melius expreſſerit, qvam nobiliſſ. *POLHEIMERUS*, vir, ſi alius qvisqvam, de patria bene meritus: ut coërcitione non admodum operoſa fluminis (*4.*), qvanto merces transferri compendio, ærarium locupletari, & malorum qvæ patriam urgent, non exiguæ moli tentata viâ illa, occurri poſſit, palam conſtet, ad perſpicaciſſimi viri conſultum typis impreſſum, & anteqvam prodiret, ſatis ante coctum climatumqve, *Lectorem* benevolum remitto.

§. XI.

HActenus de *eccleſia matre*, ejusqve majore natu *filia*. Supereſt alteram parochiam ruſticam qvoqve conveniamus, & qvæ ad memoriam poſteritatis inſignia illa oſtentare poteſt, in pauca verba conferamus. Ryr (*rydr*) hodie dicitur, gentis *ſuæ* regione ultima, Norvagiæ verò proximâ olim ſita. In originem nominis parochiæ

[ 4. ] confer ſis *Joh. Magn.* Hiſt. p. 671. & qvæ in commendationem ſitus & portus V-Gothici *Ludoſienſis* ille profert: itemqve qvæ in vituperium oſcitantiæ præfectorum regionis, qvi commoditatem loci iſtam ad juvanda commercia non ſeqverentur, iterum iterumqve profundit.

chiæ hujus, ſicut ceterarum, lubens inqvirerem, ad vindicandum nomenclatores primos ab exprobratione feritatis & ſtultiloqvii: ſed obſtat, qvæ ſuperari nullo modo poteſt, lingvæ primigeniæ obſcuritas & prope ignorantia. Cum latino *rudis* & cum Gallico *roide* & *rude* literarum forma ſignificationeq; coincidere nemo non videt. Rudem & indigeſtam molem *Latinè* dici; rudem & indigeſtam regionem Rud/ Riod/ & Ryd Gothicum importare, etymologi indigenæ cum exteris conſentiunt. Et qvod me ipſum attinet, certe dum cogito nomina infinito numero, in Hult & Ryd deſinentia, qvibus parochiani hac regione ab invicem diſcernuntur, non difficulter memet adduci poſſe crederem ad opinandum, qvod *Rid Gothiam* (1.), ſi qvi eſſent, qvi inda-

ga-

(1.) Primis nomenclatoribus, loci aut rei denominandæ cujusqve indolem & formam pro ratione fuiſſe pag. citata modo 54. evictum ivimus. In illa paucitate vocabulorum, qva lingvæ in univerſum omnes ab initio premebantur, multas qvaſi in communione poſitas fuiſſe notiones, iisdemqve, ceu vinculo, gentes etiam procul diſſitas, qvibus effigiatæ in eandem ſpeciem inhoſpitæ ſedes contigiſſent, in-

garent, æqve feliciter heic loci invenire poſſent, atqve ceteris Scandiæ locis, eandem alii ſemet reperiſſe arbitrantur. Sed cum de ſitu veteris illius inter literarum veterum diligentiſſimos hiſtoricos etiamnum ferveat controverſia, neqve in ſingulis hærere temporis & ceterarum rerum mearum ſinat habitus, intra illa modo, qvæ præſentis ſunt inſtituti, idqve unice, memet continere decrevi. Igitur qvod formam & ingenium loci attinet, qvisqvis eandem(x) curatius ſcire avet, montibus & ſilvarum anguſtiis omnem

(x) recta formam

vicem ſibi devinctas conſociatasqve vixiſſe, neqve eſt qvod qvisqvam dubitet. Sub exemplo notionis Wan & Wen jam ante probavimus, qvod una cum compoſitis derivatisqve ſuis, perinde Ruſſis, atqve Gothis noſtris accommodari poſſint, imo utriqve nationi hodie qvoqve ſint in uſu. Cauſſam eſſe dixi primævam utriusqve gentis cognationem. Ryd & Rud vocis eadem ratio eſt. Ab illa Ruſſiam & Ryßlandiam, Gothicumqve Ridgiötaland & Riſån (de qvo ante modo) deſcendere non ambiget qvisqvam, qvi *Ridgothiæ* vicinæ noſtræ, puta *Rijslandiæ Holmgardiæq;* hodie neqve imparem conditionem viderit, & deniqve Vindaliam cum Ridgothiâ non olim modo *LODBRÓGII* ætate regis, ſed & hodie hiſtoricorum non paucis jungi & prope miſceri. conferſis *DALINI* Swea rikes hiſtor. I. 4. 17. itemqve Cap. 16. 1.

omnem prope includi, qvi cominus adſpexerit, mox animadvertet. Fluento, qvod Riſdsån / plebeja verò dialecto Riſåna dicitur, Gothiam Norrigiamqve (2.) diſpartitâ operâ terminante, clauditur, omnibusqve in alteram viciniam deflectere cupientibus ſacellum mole & opere modicum admodum, non procul oſtendit. A lacu, qvi â religione Kyrckioſtôn dicitur, ſacra non procul diſtant limina. Locum inter Kyrckſtôn & Örſtôn intermedium hodie illuſtrant officinæ ferrariæ non unius generis. Cives & ſenatores emporii non procul diſſiti utriusqve, Gotheburgenſes & Oddevallenſes de ſubſtruendis machinamentis hydraulicis hiſce conſilium primum iniverunt; utqve ad dignitatem regionis ſpectans opus magis magisqve efflorescere poſſet, ſilvam, qvæ officinæ denſa ſatis adjacet & Nyrs almånning dicitur, carbonario provehendo opificio, ne qvæ rei gerendæ publicæ

F de-

[2] Priſcis ſeculis Gothiæ *regibus & marchionibus* paruiſſe ditionem *Bahuſienſem*; â monarcha Norrigiæ verò *HARALDO pulchricomo* genti noſtræ avulſam fuiſſe, videri poteſt nobiliſſ. *DALIN.* hiſt. Sveth. I. 14. 10. qvo cum, ſi placet, conferri poſſunt, qvæ pag. 54. â nobis jam ante dicta ſunt.

deeſſent adminicula, *ſerenisſima REGIA MAJESTAS* conſecravit. Annum currentis ſeculi vigeſimum qvartum natalem ſuum agnoſcit officina nova, cujus cum ab exciſis ſilvis qvoqve ſolum ſit domatum, a ryd & rödja nomine novantiqvo non minus illa inſigniri meruit. Kullaryd hodie dicitur, & in honeſtè alendis plus qvam centum paupertinæ regionis civibus ſubſidiariam agriculturæ (qvæ jam ante ſola ſupererat vitæ ſuſtinendæ ratio) operam præſtat. Ante cœptam ſuperiore ſeculo œconomiæ publicæ reformationem, fundorum qvi ad patrimonium regni pertinerent, ſolemnem puta retractum, hæc eccleſia eqveſtre prædium unicum qvoqve Rydboholm oſtentare potuit, *BELFRAGIIS* dominis olim muneri conceſſum. Sed cum ſalvo jure civitatis particulâ illâ neqve commode carere potuit respublica, in paria fata cum ceteris coronæ fundis, vocatum illud qvoqve fuit, & poſtqvam in ruſticam, qvæ olim fuerat, conditionem perveniſſet, repudiato invidioſo nobilitatis nomine, humile piumqve magis aliud adoptavit, & Kyrkeby hodie appellatur.

§. XII.

§. XII.

FLores & cineres Gothorum urbis Brätte paulo ante vidimus, & qvæ pridem in illa obtinuere præexercitamenta ſtudiorum ad ſeritatem olim, mox manſvetudinem ducentia. Veniunt ſectionis hujus parte noviſſima nonnulla de urbe, qvæ per funera prioris revixit & formoſior inde ſurrexit, adjicenda. De Brätta diximus, qvod qvamdiu diteſcendi modo non alii incumberent cives, qvam cui provehendo armatæ triremes pro materia & inſtrumento ſatis eſſent, de negotiationis operoſioris & delicatioris, puta maritimæ commoditate ipſi non multum laboraverint. Poſtea verò qvàm ceteris regni partibus magis auguſta efflorescere inciperent commercia, ne civitati huic ad exercenda talia, ſuffragio naturæ deſtitutæ, fata feſtinarentur, de eadem portuoſo magis litore reponenda primores gentis conſilia iterum iterumqve iniviſſe legimus. Erat ab oppido veteri (gamla ſtaden) dimidii milliaris non integro ſpatio diſſitum eqveſtre prædium Hufwudnäs/ in illius freti, qvod ſinum ante memoratum cum palude ipſa conjungit, faucibus omnino ſitum. Fun-

do verò inter duo æqvora posito, qvorum alterum connexum jugulo verticem, alterum corporis truncum in imagine repræsentat, qvæ qvæso! cum ipsa re convenientior obtingere potuit appellatio? Est in fastis Norvagiæ regum non incelebris prædii hujus memoria; qvippe in qvibus de *SVERRONE* narratur, qvod cum Birckebeiniorum magna colluvie armatorum, in *Simonem* Gothiæ marchionem improviso irruerit, ejus aulam exspoliaverit, in Hufwudnäs villæ silvæq; confinio cum Gothis raptim excitis atqve collectis tumultuario prælio decertaverit. Qvicqvid verò illud sit, cum aream fundi urbi muniendæ & commerciis locupletandæ commodissimam videret *primus* rex Svethiæ GUSTAVUS, Lidekopensis oppidi cives, cum recenti incendio extorres facti fuissent, ad hunc locum, ceu commodam magis fortunarum sedem migrare jussit. *SVANTONI SVRIO* juniori instituti exeqvendi illius mandatum dedit anno currentis seculi sexagesimo. Sed cum eqvestris familiæ allodiale prædium esset, & ex constitutione juris publici, in Svethia dominorum nemo sine lege & conventione re sua mulctari possit;

poſſit; de cetero Lidekopenſes oppidani etiam, ut a lare, cui ſemel adſveviſſent, diſcederent, non niſi ægre conſentirent; & demum rege mortuo eodem anno, nemo eſſet, qvi cum imperio opus urgeret: accidit, ut non niſi octoginta annorum expleto intervallo, ſalubre decretum exeqvutioni datum fuerit. Erant, ſedente CHRISTINA, fata imperii, ſaltem ab initio auſpicatiſſima, eademqve patriæ gentisqve provehendæ œconomiæ accommodatiſſima. Erat in illuſtris feminæ *Chriſtinæ Sigridis Bielkiæ*, *CAROLO BANERIO* pridem nuptæ ejusqve filiorum dominio prædium modo memoratum; factumqve ut cum a publicæ rei adminiſtris convenirentur hæredes de alienando ſub qvacunqve conditione prædio memorato, ad transactionem, non ex longa mora, res deveniret & pro Huſtwudnäſo in uſum publicum ceſſo, Örbyenſis in Uplandia arx, ſatisdationis loco, Baneriis pleno jure viciſſim tranſcriberetur. Transactio in annum 1641. incidit, ſtatimqve in mandatis datum ditionis ſatrapæ nobili viro *OLAVO STAKE*, ut ſilvam rudi materia freqventem exſcinderet, in uſum publicæ & privatæ rei

mox

mox convertendam. qvibus præmiſſis, laboraret inde de editioribus locis in æqvam planitiem deducendis, ut cum in regionem veniret *Olavus Hanſſonius* caſtrorum metator ſupremus, negotium ſibi demandatum urbis dimetiendæ, inqve regiones & ſpatia minora deſcribendæ abſqve mora perficere poſſet. Factâ urbis diviſione, qvi novam urbem incolerent, undeqvaqve mox confluere, ex ſilveſtri materia donata & rite diſpenſata ædificia publica & privata ſurgere, commerciaqve cum nullis non diſſitis litore Wäneri urbibus, unde lucelli emicaret ſpes aliqva, exercere cœperunt. Eſt qvidem urbs hæc non illo ſuffragio naturæ donata, qvo ſuperbit *Holmia*, ut adverſus improviſa caſuum & tempeſtatum, nec non ea, qvæ ſtationem navium alibi crebro infeſtare ſolent, incommoda, montium jugis ſyrtibusqve egregiè munita ſit. Id tamen cum urbe domina noſtra urbs commune habet, ut per pontem verſatilem ponto impoſitum, crepidini mercatores navigia ſua applicare, merceſq; qvæq; in ſua repoſitoria multo ſine impendio inferré qveant. Utrum ex transmiſſis ab aqvilone patentibus ventis, arenisqve ad horum motum

tum ſubſidentibus pulvini ſubter aqvam accreſcant, & ex illis navigandi moleſtia in poſterum major aliqva metuenda ſit, pronunciare omnino illorum eſt, qvi fundum illum qvotannis arant; non noſtrum, qvibus a loco procul remotis in altitudinem plus minus depreſſi alvei inqvirere, in præſentia non vacat. Situm urbis & ſubjacentis viciniæ illius, qvod attinet, cum inflatam ab una parte paludem ipſam; iterum redundantes flumineo gurgite anguſtias illius ab altera parte, ſed ſecurius intueatur, ad profligandam noxiarum exhalationum putredinem, & aëris inde orituram contagionem, locum condendæ urbi commodiorem non inveſtigari, neqve inveniri poſſe crediderim.

§. XIII.

NOmen a *REGINA AUGUSTA* urbi collatum ſatis inclutum & auguſtum qvid importet, primo intuitu qvisq; videt, nempe propugnaculum in regionis decus, hoſtium terrorem, commerciorumqve *Veniaca* palude exercendorum præſidium & tutamen. De compoſitæ vocis etymo altero, in antecedentibus prolixe egimus. A Bíárg Gothico, unde bíárga / bárga

bärga & ſubſtantivum berg/perinde dici qvisqve videt, qvi montium anfractus, ſecuritatis cauſſa mortalium aborigines ſecutos fuiſſe; immo cum ad interitum mundi prope perventum fuerit, ſecuturam tum qvoqve ſuperſtitem turbam, ex ſacris probe noverit. Pro conſvetudine & captu cujusqve ſcribentis diverſimode qvoqve efferri ſolet. Ab *Hubnero*, qvi in partibus Dalecarliæ locatam vult urbem noſtram, Wanesburg: ab officinæ Homannianæ chalcographis *Vanersborg:* iterum in numismatis ſymbolici ſignatura Danica, qvam in ectypo exprimunt novorum baltici maris collectores *Winersburgum* dicitur. Qvomodo vero radicis a nobis inveſtigatæ intuitu, commodiſſime ſcribi oporteat, cum ex ante dictis qvodammodo conſtet, non eſt qvod cramben heic loci eandem recoqvamus.

§. XIV.

POſſent proferri memorabilia non minora alia, qvæ territorii regione hac inſuper viſuntur. Sed cum non patiatur inſtitutum ad vivum reſecare ſingula, ſed ſaltem è ſpecula veluti, ea obire oculis, qvæ ceteris eminentiora

tiora videri poterint; de miſerabili caſu, qvo ante annos centum admodum, occulto molimine primum, mox in apertum prorumpente tumultu, non exiguus terræ tractus, una cum incolis, continenti ſuo avulſus, fluminisqve ſinuoſi gurgite exceptus fuit, in fine verbo monere, non incommodum exiſtimavi. Accidit improviſum, nec opinatum malum illud anno ſuperioris ſeculi qvadrageſimo octavo in ipſo auctumni hyemisqve confinio. Conſpiciuntur a Strömmen prædio, vix integro baliſtæ jactu, etiamnum veſtigia ruinæ ſolo impreſſa; minus ab illa parte, qva disruptio facta fuit; ab adverſa verò regione magis, ubi ſtagnare fluvius incipit, & qvæ illinc decerpſit, eo loci colligi iterum, inqve viriditatem longius productam conglutinari voluit. Alto vulnere adeo non exacte animalis cicatricem percurari poſſe novimus, ut non inflictæ veſtigia plagæ in ſuprema cute maneant. Rimæ effigies, qvæ littoris & campi planitiem hodiedum interſecat, non eundem, qvi hodie, fluentis alveum fuiſſe perpetuo, ſed qvidqvid ad orientem adhæret canali priſtino, nil niſi ramenta eſſe ſubſi-

dentis alterius ripæ, qvæ crepidini oppoſitæ dies longa attexuit, qvisqve non è longinqvo videre poteſt. Illabente verò ingenti terræ tractu in ipſum fluvii gurgitem, qvæ ædium hominumqve ſtrages? qvæ reſtagnatio devexi amnis, iter conſvetum qværentis, ſed nusqvam iuvenientis? qvæ ſuper planum plagæ illius, qva diſruptio facta fuit, diluvii facies ſemet illico intendere cœpit? Non ſatis erat in ipſo fluminis abyſſo leſſus ſuos proſeqvi funebrem turbam multam, qvæ in ſuperficie aqvarum diſſipatæ trabes & culmina villarum variè lateqve fluitabant, eos qvi in tabernis hactenus ſecuri agerent, qvid paſſuri eſſent, non magis ſuo, qvam qvi periiſſent hominum miſerabili ſub exemplo admonuerunt. De hominibus, qvi ſuperinjectis urbibus, viva velut cadavera terram tumulumqve apud exteros ſubivere, veterum annales loqvuntur plurimi. Stygiam perniciem eandem ſeptentrionibus ignoratam hactenus, Numine irato, hoc qvoqve orbe ſemet refundere poſſe, exemplum triſte ſed ſalubre hoc ipſum manifeſtum reddit. Fuere, qvi emotæ ſedibus ſuis terræ & lacunæ

hujus

hujus mentionem fecere plurimi. Sed cum rem omnem, qvoad ſingula momenta ſua, alius magis liqvido qvisqvam vix expreſſerit, qvam qvi ἀντίτυπος eodem loci vixit paſtor & præpoſitus Taonumenſis *Andreas Laurentii Grotte*, qvam ad illuſtrem civem ſuæ parochiæ, in formam epiſtolæ, deſcriptionem caſus improviſi huius mox ipſe dederit, ne qvæ ætas perimat, eandem in extrema parte diſſertationis huius, apponere, ab inſtituto non alienum erit: Edle och Wälborne Herr CHRISTOPHER TORSTENSON til Ulſtorp och Rånnum. Önſkar jag E. Wälb. mycken wälſignelſe af Gud alsmächtig. Näſt det jag tackar E. Wälb. ſamt E. Wälb. kierälſkeliga Fru för alt godt wälbewiſt, det jag med tackſamhet wil aſtiena uti al den mätto jag kan och förmår; Kan jag E. Wälb. icke oförmält låta, om thet ſtora under, ſom ſig här haſwer händt. Den 7. Octob. wid paß klåckan 2. efter middagen är Elfwen ſtraxt nedan för Strömmen genom et ſtort jordfall 27 alr. diupt, dämder, hwilket föll iſrån en gård på Norrſka gräntſen belägen, benämd Intaka. Samma jordfall är nogra hundrade famnar i längden och bredden. Mäſtadels ſå mycken äng och åker, ſom lydde til norra gården i Intaka haſwer fallit iſrån wäſter til öſter, eller hijt til Swenſka landet. Thet haſwer i ett ögnablick dämdt hela elfwen, at wattnet haſwer ſtådt 20 eller 30 alnar öfwer huſen, ſå at öfwer 85. menniſkior äro derigenom ömkeligen förd-ränckte. Anders Mårtenſſon wid Strömmen, ſom war giäſtgifware, är med huſtru, 5 barn och många ſina gäſter omkommen. Ett ſtenkaſt deriſrå bodde på Norrſka gräntſen Anders

Mat-

Matthesson, är ock med hustru och barn bleswen. Wid Strömmen woro nogra stora siöbodar, twenne hus höga; de äro med sundamenten och bolwärcket, uti hwilket woro stora master 2 famnar tiocka, såsom wed sönderslagne. Stång järnet, som i siöboderna war inlagt, är fört högst på lidan. Ifrån Götheborg woro ther 5 stora edsbåtar ankomne, hwarthera 12 läster bördig; äro ock sönderslagne i stycken. Husen, och hwad uti husen war, haswer flutit up åt Trällhettan. Oluf och Håka i knurrebo äro med hustru och barn och nogot annat folck, som thit gångne woro, blesne. Ther som then strida strömmen rann emillan knurrebo och Anders Mårtensons hus, dher är nu stilla watn. watnet är ännu nogra sammar högt öfwan för jordfallet, så at ingen liknelse synes til husestållen. Strömmen rinner nu i dhet stora jordfallet, dher strömmar han emillan lerklintarne, som stå öfwer all elfwen, såsom stora huser eller berg. Här i Tunhems giäld äro 29 mån, qwinnor och barn omkomne; ingen är ännu igensunnen, som druncknade. Twenne personer, som uti husen wid Strömmen woro, äro salwerade, och äro dresne på wrak up til Nyckleberget, som ligger up emot Åker. Then strömmen, som kallas Olijholan haswer watnet dämt, at han war stilla den 9. hujus, när jag war wid knurrebo och besåg thetta stora Guds wredes straf. Gud giswe at dhet kunde menniskiorna til bättring beweka. Ther kiende jag, och the, som med mig woro, en starck swaswel lucht. The som ther wid elfwen woro ute på marcken stadde, berätta, at the sågo en eld komma af himmelen, såsom en stor mast, i dhet samma hörde the 2 skott, såsom af stora stycken, och dhetta haswer sig i ett ögnablick händt. Befallandes E. Wälb. med sin kierälskeliga Husfru (hwilken jag tienstligen hälsar) uti Guds nådiga beskydd til al önskelig welgång. hastigt af Tunhem den 15. Octobris 1648.

AND. LAURENTII.

§. XV.

HAbebam animo conſtitutum hac occaſione qvoqve perſeqvi ea, qvæ cisamnenſi regione ALBIS noſtri ad memoriam poſteritatis inſignia viſuntur; eorumqve cum *mythologiis* factâ collatione, experiri, utrum non in illis ſedibus veſtigia veteris hiſtoriæ, qvam hactenus, luculentiora nonnulla ſeſe proderent. qvin, ingenuè fateor etiam, ab initio planè devotam fuiſſe operam & oleum hocce memorabilibus excutiendis illis, qvæ in Taonum natali ſolo meo proſtant; in ceteris: utrum non *HERVORIANÆ* pugnæ & victoriæ antiqvitates illa regione ſuperſint aliqvæ, qvæ penitus vetuſtas adhuc abolere neqviverit: Sed cum febri lenta, qvâ ab initio anni ferè decumbendum mihi fuit, proſtratæ adeo ſunt ſpes & fortunæ meæ, ut leviſſimis qvoqve curis impar ſim; tempori cedens neceſſitatiqve, arcto & adſtricto, qvam nullo curriculo contendere, conſilium eſſe exiſtimavi; non ut valetudinem modo levarem, ſed inprimis exſpectationi meæ meorumqve qvomodocunqve ſatisfacerem. Adſpice ſerenâ fronte, *LECTOR BENEVOLE* curas & unà errores

rores meos. Si vitam mihi DEUS viresqve confirmare velit, qvod emetiendum reſtat ſtadium, tempore idoneo magis alio abſolvere conabor (*). Si qvæ verò conſilium idem diſturbaverit ſors ſiniſtra, ad ea, qvæ reſtant perficienda eruditam patriæ juventutem exſtimulaſſe mihi ſatis erit. illam qvam non modo non contemtim habituram ſpero gentis ſuæ hiſtoriam propter narratiunculas fabuloſas nonnullas: verùm deficientibus monumentis etiam, ſi per veſtigia veteris lingvæ, inqve illa occurrentes verborum & locorum cognationes ſemet penetrare poſſe viderit in qvantulamcunqve vetuſtatis cognitionem, occaſionem accurandæ rei illius diligentiſſimè & ſvaviſſimè obſervaturam.

(*) *Eſſent* fata Vænersburgi; *eſſent civium toga ſagoqve inſignium, qvi hac regione nati ſunt*, facta *qvoqve perſcribenda. Sed cum operam ſingularem urbis illius hiſtoria reqvirat; de claris autem WASSENIIS, civibus utpote natis ſuburbano rure, in illa, qvae ſupereſt, opellae hujus parte, agere propoſitum mihi ſit, ne cui viderer dereliſtui habere velle partem muneris mei eandem, in fine demum monendum illud erat.*